

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio aq  
cum fonte primo

Pensandum ualde est ad  
culmen regiminis quisque qualiter  
ueniat, atque ad hoc rite perueniens  
qualiter uiuat, et bene uiuens  
qualiter doceat, et recte docens  
infirmiorem suam  
cotidie cognoscat  
ne aut humilitas accessum fugiat, aut  
peruentioni uita contradicat, aut uitam  
doctrina destituat, aut doctrinam  
presumptio extollat.

Nam dum rerum necessitas exposcit,  
pensandum ualde est, ad  
culmen quisque regiminis qualiter  
ueniat; atque ad hoc rite perueniens,  
qualiter uiuat; et bene uiuens,  
qualiter doceat; et recte docens,  
infirmiorem suam  
cotidie quanta consideratione cognoscat,  
ne aut humilitas accessum fugiat, aut  
peruentioni uita contradicat, aut uitam  
doctrina destituat, aut doctrinam  
praesumptio extollat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1,  
praef. (SC 381, F. Rommel ed., p.124,  
ll.12-19).

Virtutibus pollens coactus ad regimen  
ueniat; uirtutibus uacuus nec coactus  
accedat.

Inter haec itaque quid sequendum est,  
quid tenendum, nisi ut  
uirtutibus pollens coactus ad regimen  
ueniat, uirtutibus uacuus nec coactus  
accedat?

Gregorius in pastoralis.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1,  
9 (SC 381, F. Rommel ed., p.160, ll.37-  
40).